

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Croesvs Et Codrvs. hoc est, Copiæ Et Inopiæ Damna vel  
Lvcra, à bono iustoq[ue] Mundi Gubernatore Deo  
Distribvta**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1648**

§. 5. Aureum torquem putans, laqueum à diabolo accipit, diuites, præ  
pauperibus, auferente.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52359](#)

*Aureum torquem putans, laqueum à diabolo  
accipit, diuites, præ pauperibus, an-  
ferente.*

In litter.  
annuis  
Soc. Iesu  
An. 1605.  
Residen-  
tia Gari-  
garæ.

Est in litteris annuis nostris, An. 1605. Garigaræ, in vice prouincia Insularum Phi- lippinarum, fuisse serum plagipatidam, fa- me & labore consumtum, atq; calamitate ad extrema adactum, qui suspendio volun- tario statuerit finire ærumnas pariter & vi- tam. Utque compendium mortis haberet, ex proxima arbore funem nexum collo in- iecit. Erat autem ea ita humilis, vt non es- set amplius trium cubitorum. Quare, nisi genua flexisset, solum pedibus attigisset. Et vel sic diutiùs palpitabat pendens. Quod ubi conspexere transeuntium nonnulli, ad- uolantes laqueum inciderunt. Collapsum est humili exanime corpus, & jam ita defor- me, vt Auernali laruæ, quam homini simi- lius esset. Nondum tamen penitus extin- ctus erat spiritus, sed laxato gutture cœpit paullatim respirare, & ad se redire, præser- tim fomentis quibusdam adhibitis. Die po- stero, cum iam vires reualuisserent, tamen animus adhuc peregrinabatur, attonitus e- nim, & quasi stupens notissimos vix agno- sciebat

scebat. Tandem ubi sensus plenè remigrauit, interrogatus; cur in eam sese desperationem præcipitasset? respondit auri se specie deceptum esse. Venisse enim ad se, quoddam oris fædissimi spectrum, simis naribus, capite obtuso, atq; dixisse: *Accipe, quem collo iniicias torquem aureum.* Ita pro torque laqueum iniecit sibi, & in eo hæsit, quod concupiuit, aurum ratus, quod extium fuit. Multi grauiùs falluntur, quibus verum aurum mutatur in laqueum, quo irretitos cacodæmō trahit ad æternam damnationem. *Nabuzardan princeps exercitus,* 4. Reg. *seruus regis Babylonis, cùm populum Dei ex-* 25. 9. *pugnasset, viciisset, captiuum abduxisset in Babylonem, præcipue diuites abduxit, de pauperibus terræ reliquit vinitores, & agricultores.* Ad eumdem modum humani generis hostis, pauperibus, quos Christus, & sua paupertas defendit, relictis, diuites inuadit, vinculis innumeris ligat, captosque trahit ad Babylonium Acheruntem. *Nimirum,* 1. Tim. 6. 9. *qui volunt diuites fieri, incident in tentationem* & in laqueum diaboli. Atque vel idcirco dixit Christus. *Væ vobis diuitibus.* Quia ergo nemo vult sibi esse vae, necesse est hoc homines vel non credere Christo, qui est *veritas*, vel

N 4

summæ

diabolus  
1605.  
m Phi-  
am, fa-  
itate,  
volun-  
& vi-  
aberet,  
llo in-  
one es-  
re, nisi  
igisset.  
Quod  
lli, ad-  
psum  
defor-  
i simi-  
extin-  
cœpit  
ræser-  
ie po-  
men-  
itus e-  
agno-  
cebar

summè amentes esse, si adhuc diuitijs inh-  
ent, à quibus æternum vœ dependet; nisi,  
velut cum prodigo, per laqueos earum, si-  
cū Israëlitæ olim per mare rubrum, edu-  
cantur.

## §. VI.

*Divitiae, et si sint beneficium Dei, tamen, ob hu-  
manam cætitatem, sunt exitij causa.*

Complures sunt huius periculi caußæ.  
Prima est, quia cùm alioqui mortales pl-  
erumq; beneficijs cicurentur & mitescant, &  
Deus quoque opum largitione homines al-  
liciat, vt ament largitorem; tamen cupi-  
ditas & auri possessio, quæ omnibus vitijs  
viam aperit, dum mentem occupat cæci-  
tate, obliuionem inducit benefactoris. Si-  
unt ergo diuitiæ auaro in laqueum, quæ esse  
debebant mnemosynon Creatoris. Quam  
autem misera hæc sit felicitas, & quò du-  
cat, ex Axitheo accipe Aeneæ Gazzæ, cuius  
hæc sunt verba: *Si scelitus aliquis ditescat no-  
valeat, id quidem constat esse ex prouidentia di-  
uina erga nos propensa voluntate, & gratia. Si-  
ae enim hoc remedio fiat melior, quemadmodū  
pueri quibusdam illecebris ad bonarum artium  
studia inuitari solent: sine coniunctus desperata  
malitia, atq; nudato eo, quod latebat anima to-*

1111